Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Scientia universalis concionandi seu dictionarium morale - Cod. Ettenheim-Münster 88-91

P-Z - Ettenheim-Münster 91

Richard, Jean

[S.l.], 1776

I

urn:nbn:de:bsz:31-110889

Visual Library

Hypocrisis

Falsa devotio.

Errores Spirituales, dolus, falsitas humanarum virtutum.

Sermo Primus.

Pro Dom. 7. post Pentecosten. Attendite à falsis Prophetis, qui veniunt ad vos in vestimentis ovium, intrinsecùs autem sunt lupi rapaces. Matth. 7.

448. 56. Perfectiones divinæ cum majori contemtu ab hypocrisi tractantur, quàm ab aliis peccatis. Jura proximi ab hypocrisi cum callidiori malignitate quàm ab aliis peccatis violantur.

Sermo Secundus.

Pro Dom. 22. post Pentecosten. Quid me tentatis hypocritæ. Matth. 22.

462. 67. Hypocritæ mendaces et fraudulenti qui actionibus vestris et sermonibus decipitis, discite esse ingenui et sinceri. Hypocritæ vani et superbi, qui in vestris bonis operibus aliud quàm gloriam Dei quæritis, discite grati esse ac fideles ad illi gloriam vestram devovendam.

476. 82. Documenta moralia

506. Supplementum.

Tomus Tertius

J

Indulgentia.

Jubilæum.

Ipsius institutio, vera media illud lucrandi, et emolumenta, quæ ex eo hauriuntur, &c.

Pro exordio Jubilæi

Sermo Primus.

1. 1. Audiam quid loquatur in me Dominus, quoniam loquetur pacem in plebem suam, et super Sanctos suos, et in eos, qui convertuntur ad cor. Psal. 84.

Jubilæum ex parte Dei est perfecta pax et exuperantia misericordiæ; sed ex parte nostra est obligatio ad sanctitatem et conversionem cordis.

Sermo Secundus.

Audiam quid loquatur in me Dominus, quoniam loquetur pacem &c.

Utrum poenitentia agenda sit ad lucrandum Jubilæum? et quænam sit agenda. 21. 14.

Pro conclusione Jubilæi

Sermo primus. 43. 28.

Et vos mundi estis sed non omnes. Joan. 13.

Gratia Jubilæi adeo magna est, ut felicitas eorum, qui illam acceperunt, satis exprimi non possit. Gratia Jubilæi à tot rebus pendet, ut meritò credi possit, quòd paucissimi illam susceperint.

Sermo Secundus. 58. 40.

Esto vigilans, et confirma cætera, quæ moritura erant.... in mente habe, qualiter acceperis et audieris, et serva. Apocalyps. 3.

Incitamenta, quæ nos obligant ad perseverandum in gratiâ Jubilæi, et vera media quæ nos ad hanc perseverantiam perducere possunt. Memoria et gratitudo respectu præteriti, vigilantia et attentio respectu futuri.

Documenta moralia.......................... 76. 58.

Supplementum.............................. 103.

Infernus.

Infelix æternitas.

Damnatio, Damnati, poenæ damni et sensûs.

Sermo Primus.

Mortuus est autem dives et sepultus est in inferno. Luc. 16. 106. 88.

Tria constituunt infelicitatem damnatorum, memoria præteritæ suæ felicitatis, sævitia præsentium suppliciorum, desperatio mutandi statum pro futuro.

Sermo Secundus. Pro Dom. 19. post Pentecost.

Ligatis manibus et pedibus mittite eum in tenebras exteriores: ibi erit fletus et stridor dentium. Matth. 22. 121. 104.

Supplicia damnatorum sunt supplicia intolerabilia in suâ sævitiâ, et æterna in sua duratione, inquit S. Bonaventura. Sunt sine consolatione et lenimento. Sunt sine termino et fine. .... 132. 116.

Documenta moralia................................ 147.

Supplementum..........

Ingratitudo.

Oblivio beneficiorum Dei. obligatio, et vera media ea agnoscendi.

Sermo Primus.

Pro Dom. 13. post Pentecost. Non est inventus qui rediret, et daret gloriam Deo, nisi hic alienigena. Luc. 17.

150. 134. Nihil ita odiosum et tamen nihil ita commune ac ingratitudo.

Sermo Secundus.

Pro Fer. 5. post Dom. 4. Quadrag. Imperavit febri, et dimisit illam, et continuo surgens ministrabat illis. Luc. 4.

167. 152. Ad agnoscenda beneficia Dei oportet illum honorare eique servire. Honorare Deum, et illi non servire Pharisaica gratitudo foret.

Documenta moralia.

181. 171. 202. 140. Supplementum.

Invidia

Æmulatio.

Tristitia de aliena prosperitate, ipsius caracter, effectus, &.

Sermo Primus.

Pro Fer. 6. post Dom. Passionis. Collegerunt Pontifices et Pharisæi concilium, et dicebant: Quid facimus? Quia hic homo multa signa facit. Vos nescitis quidquam, nec cogitatis, quia expedit vobis, ut unus moriatur homo pro populo. Joan. 11.

204. 199. Prohibitum est nobis invidere in proximo nostro gratiæ prærogativas. Neque etiam nobis licitum est in ipso invidere ~~in corpore~~ prærogativas naturæ et quod appellamus bona fortunæ.

Sermo Secundus.

Pro Dom. Septuagesimæ Tolle quod tuum est, et vade: volo huic novissimo dare sicut tibi. An oculus nequam est, quia ego bonus sum? Matth. 20.

In agendi ratione, quam tenent ii, quos Paterfamilias misit in vineam suam, quando, quòd novissimi, qui nonnisi per unam horam laboraverunt, recipiant tantum quantum ipsi, agnoscimus agendi rationem et idioma invidiæ; et in responsione quam ipsis dat Paterfamilias, quando ipsis dicit: An oportet ut oculus vester nequam sit, quia bonus sum? accipite quod vestrum est, et ite, vera invidiæ remedia intelligimus. Invidia commodis proximi irritatur, id Christus oculum nequam vocat. Opor-

tat adorare Sapientiam ipsius, et contentum esse eo, quod donat, istud erit medium se ab hoc peccato sanandi, &c.

Documenta moralia .... 236. 232.
Supplementum .... 256.

Ira

Iracundiæ impetus, Vindicta, Odium, &c.

Sermo Primus. — Pro Dom. 4. post Epiphaniam.

Domine salva nos perimus. Matth. 8. — 258. 261.

Datur ira subita et praeceps, ira superba et arrogans, ira tenax et obstinata. Ira periculosa, quando praeceps est, vocatur ira temperationis: adhuc periculosior, quando arrogans est, est superbiæ ira: sed infinitè periculosior, quando obstinata est et perseverans; est ira pertinaciæ et ultionis. Ad oppugnandam hanc passionem quid agendum? oportet se armare patientia et mansuetudine contra subitam iram illam et præcipitem: humilitatis sensis cohibere arrogantis illius et superbæ iræ impetus: obstinatæ et perseveranti iræ illi opponere exemplarem charitatem, quæ aliorum defectus supportat.

Sermo Secundus. — Pro fer. 3. post Dom. Passion.

Repleti sunt omnes in Synagoga ira hæc audientes, et surrexerunt, et ejecerunt illum extra civitatem: ipse autem transiens per medium illorum ibat. Luc. 4. — 270. 276.

Tenemur quantum possumus motus iræ nostræ cohibere, tenemur etiam quantum possumus iræ alterius cedere. Irasci sæpè magnum est peccatum. Cedere alterius iræ, semper magna est virtus. Reprimere in sua anima motus iræ suæ, est obligatio Christiana. Mansuetudine suâ mitigare iram et impetus aliorum est perfectio et eminens virtus Christiani.

Documenta moralia .... 282. 299.
Supplementum .... 294. 312.

Judicium Temerarium.

Falsa suspicio, inquieta alienorum defectuum disquisitio; cogitationes famæ proximi injuriosæ, &c.

Sermo Primus. — Pro Dom. 4. post Pascha

Cùm venerit Paraclitus, arguet mundum de peccato, de justitia, et de judicio. Joan. 16. — 296. 316.

Judicium temerarium est Deo et hominibus injuriosum; Deo, cujus authoritatem usurpat, hominibus, quorum famam lædit.

Sermo Secundus.

Pro fer. 3. post Dom. 4. Quadrag. 309. 333.

Nolite judicare secundum faciem, sed rectum judicium judicate. Joan. 7.

Malignitas et præcipitatio illius, qui temerè judicat; infirmitas et impetus illius, qui temeritatem habet judicandi.

322. 349. Documenta moralia

334. 365. Supplementum.

M.

Matrimonium

Sanctitas et dignitas Matrimonii; Ipsius munera, conditiones ad ea necessariæ: pravitates et peccata conjugatorum; fidelitas, amicitia, et unio conjugalis Liberorum educatio.

Sermo Primus.

Pro Dom. 2. post Epiphaniam. 336. 1.

Vocatus est Jesus et Discipuli ejus ad nuptias. Joan. 2.

Dignitas et Sanctitas Matrimonii; indignitas quâ sæpe tractatur, ac in eo vivitur.

Sermo Secundus.

Pro Dom. 2. post Pascha. 346. 19.

Ego sum Pastor bonus. Joan. 10.

Parentes tenentur efformare liberos suos ad pietatem, et ipsos pro cœlo educare; studere ipsorum collocationi temporali, et eis quoad mundum bona, quæ possunt, officia reddere.

360. 38. Documenta moralia.

382. Supplementum.

Misericordia

Ipsius agendi modus in conversione peccatorum et in Oeconomia nostræ salutis. Gratiæ quas ab ipso accipimus et ipsius circa nos consilia. Fiduciæ et timoris affectus, quos nobis inspirat.

Sermo Primus.

Pro fer. 2. post Dom. ~~Pro Dom. 3. post Epiphan.~~ passion. 385. 73.

In novissimo die magno festivitatis stabat Jesus et clamabat dicens: Si quis sitit veniat ad me et bibat. Joan. 7.

Misericordia Dei et fidelitas hominis ad ei respondendum.